Lacum aperuit et effodit eum: et incidit in foveam quam fecit. Convertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Confitebor domino ſecundum iuſticiam eius: et pſallam nomini domini altiſſimi. Domine p. dd.

Domine dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra. Quoniam elevata eſt magnificencia tua: ſuper celos. Ex ore infantium et lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos: ut deſtruas inimicum et ultorem. Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum: lunam et ſtellas que tu fundaſti. Quid eſt homo quod memor es eius: aut filius hominis quoniam viſitas eum. Minuiſti eum paulominus ab angelis gloria et honore coronaſti eum: et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oves et boves univerſas: inſuper et pecora campi. Volucres celi et piſces maris: qui perambulant ſemitas maris. Domine dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra. ps.

Confitebor dd. tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua

Licenza: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. 14v – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/it/snm/LM004624-2/14v)